

Band VII., Nr. 2221, Seite 146-147

Graf Ulrich von Berg tauscht ein dem Kloster Salem von dem Altammann Heinrich in Ehingen in dieser Stadt geschenktes Haus gegen ein anderes dortiges, dereinst seinem Notar Heinrich gehöriges ein, befreit das Kloster für dieses Haus von allen Diensten, Steuern und Abgaben und erteilt ihm noch andere Privilegien in der Stadt und an sonstigen gräflichen Orten.

Ehingen, 1271. Juli 21.

Universis hanc paginam inspecturis^a Ūlricus comes de Berge notitiam subscriptorum. Temporum malitia et vita hominum instabilis monent gesta temporum perstringi serie litterarum. Noverint igitur universi, quod cum vir discretus Hainricus antiquus minister in Ehingen^b domum suam^c sitam in Ehingen, quam inhabitavit corporaliter, sibi proprietatis titulo pertinentem prehabito consensu omnium, quorum intererat, pro anime sue et suorum remedio^d per donationem factam publicam in monasterium de Salem pleno iure libere transtulisset perpetuo possidendam, ego transactis aliquibus temporibus volens dictam domum in usus meos et heredum meorum convertere salva tamen indemnitatem monasterii memorati domum quondam magistri Hainrici notarii mei in dicta civitate sitam cum omnibus suis attinentiis, quia michi proprietatis titulo pertinebant, per modum concambii accedente consensu pleno et expresso omnium heredum meorum necnon sculteti et universitatis civitatis predicte monasterio de Salem pro recompensatione tradidi et donavi perpetuo possidendam, dictum monasterium in domus memorate possessionem vacuam inducendo dando plenam auctoritatem sepedictis abbati et conventui edificandi per materiam qualemcumque, quicquid pro sua utilitate ipsis decreverint expedire in area prelibata. Et quoniam dictum monasterium in suis negotiis intendo nunc et in posterum quantum valeo promovere, dictam aream cum omnibus suis edificiis ibidem nunc erectis vel in posterum erigendis de consensu omnium predictorum eximo et absolvo et exemptam et absolutam exnunc et in posterum recognosco ab omni servitio, videlicet a vigiliis et vigilibus, a stipendiis, a subventionem, quacumque de causa exigatur, ab omni onere et ab omni exactione sine exceptione qualibet seu servitiis, quocumque nomine censeantur, hoc excepto, quod quicumque hospes secularis dictam domum inhabitaverit, nisi nomine et auctoritate

^aB: Dieses Wort fehlt.

^bB: Hier und im Folgenden *Ehingin*.

^cB: Dieses Wort fehlt.

^dDieses Wort fehlt in der Vorlage, steht aber in B.

II

supradicti monasterii in ipsius monasterii provisione^e tamquam procurator domus fuerit memorate, de sua persona et rebus propriis tantum michi et successoribus meis ad servitia debita sit astrictus. Verum quia dictorum fratrum merita apud me videntur amplio^rem gratiam promereri^f, ipsos et omnes ratione professionis, in quocumque statu fuerint, spectantes ad monasterium sepedictum seu procuratores ipsorum in venditionibus et emptionibus omnium rerum mobilium et immobilium faciendis in civitate supradicta, in quocumque numero materia pondere vel mensura fuerint, eximo et absolvo et exemptos et absolutos profiteor ab omnibus exactionibus et precipue ab illis, que vulgariter dicuntur zol et ungelt, dando eis vendendi et emendi in dicta civitate, quecumque^g voluerint, liberam potestatem, adiciens ex gratia ampliori, ut si aliquas possessiones vel predia seu quascumque res immobiles in dicta civitate seu villis michi attinentibus dictum monasterium emerit vel per donationem quamcumque et quorumcumque hominum^h habuerit, ipsa, queⁱ modo habuerit suprascripto, infra unius anni spatium possideat pleno iure, ita tamen, ut ante finem ipsius anni vendere teneantur, cui voluerint, nisi de mea licentia ulterius retineant speciali. In cuius facti evidentiam et robur perpetue firmitatis presens instrumentum exinde conceptum et sigillo meo munitum prefato monasterio tradidi ad cautelam.

Acta sunt hec apud Ehingen, anno domini MCCLXXI., XII. kalendas Augusti, subnotatis testibus presentibus et rogatis, videlicet: Hainrico advocato de Berge milite, Hainrico dicto de Schælkelingen^j, dicto^k Biurrer, Walthero dicto Erlwin, Ludewico ministro de Ehingen, Goetfrido^l de Muschwang, Hainrico antiquo ministro et Hainrico^m quondam notario, Hainrico cellerario de Salem et fratre Hainrico dicto diu Gans magistro in Tiuffenhulwe et aliis quam pluribus probis viris.

Der Textabdruck folgt dem Original.

^eB: *provisionem*.

^fB: *promoveri*.

^gB: *quamcumque*.

^hB: Diese drei Worte fehlen.

ⁱB: *quo*.

^jB: *H. dicto de Schaelklingen*.

^kVor diesem Wort ist in der Vorlage eine Lücke für den Vornamen; B hat zwei Punkte.

^l*Goetfrido*.

^mVon *ministro* an lautet der Schluss in B: *H. quondam notario, fratre H. cellerario de Salem aliisque quam pluribus probis viris*.

III

Siegel des Ausstellers aus mit Eisenoxyd gemischtem Wachs, vgl. die Siegelbeschreibung zu Urkunde Nr. 2007 (WUB, Bd. VI, S. 400).

Im Abdruck bei Codex Salemitanus, Bd. 2, S. 65, Nr. 473, der dem Codex Salemitanus, Bd. 3, S. 199, folgt, finden sich zahlreiche Textabweichungen, die in den Anmerkungen nachgewiesen sind (B). Sie lassen es zweifelhaft erscheinen, ob es sich dabei um Verwendung eines Duplikates oder, da die Lesart des obigen Textes meistens die bessere ist, um Lesefehler des Kopialbuchs handelt.

Überlieferung und Publikationen

Lagerort:

HStA Stuttgart

Signatur/Titel des Originals:

A 135 U 60

Editionen:

Codex diplomaticus Salemitanus, Bd. 2, S. 65, Nr. 473.

Regesten:

Regesten Grafen von Berg, S. 30, Nr. 131.

Weitere Angaben

Sprache:

Lateinisch

Ausstellungsort:

Ehingen

Ortsindex:

Berg Wohnplatz (16762)
Berg, Ehingen (Donau), UL
Ehingen (Donau) Wohnplatz (16771)
Ehingen (Donau), UL
Muschenwang Wohnplatz (16939)
Muschenwang, Schelklingen, UL
Schelklingen Wohnplatz (16943)
Schelklingen, UL
Schloss Salem : Salem FN
Schloss Salem Wohnplatz (18257)
Tiefenhülen Wohnplatz (16795)
Tiefenhülen, Ehingen (Donau), UL